

7 dignissimo Caesare petenti negare non potui. Veni etiam consulis Antonii domum saepe salutandi causa; ad quem, qui me parum patriae amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid aut auferendi causa frequentes ventitare reperies. Sed quae haec est adrogantia, quod Caesar nunquam interpellavit, quin, quibus vellem atque etiam quos ipse non diligebat, tamen iis uterer, eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpando
8 me efficere conari, ne, quos velim, diligam? Sed non vereor, ne aut meae vitae modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores, aut ne etiam ii, qui me non amant propter meam in Caesarem constantiam, non malint mei quam sui similes amicos habere. Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitae, in otio Rhodi degam; sin casus aliquis interpellarit, ita ero Romae, ut recte fieri semper cupiam. Trebatio nostro magnas ago gratias, quod tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit et quod, eum, quem semper libenter dilexi, quo magis iure colere atque observare deberem, fecit. Bene vale et me dilige.

LXXIV (XII, 2).

Ser. Romae inter XIII K. et III Non. Oct. a. 710-44.

Cicero Cassio Sal.

1 Vehementer laetor tibi probari sententiam et orationem meam. Qua si saepius uti liceret, nihil esset negotii liber-

7. *Veni etiam etc.*, di questo, Cicerone non aveva parlato. Mazio, per esser sincero, in tutto e per tutto, vi accenna. L'allusione *rogandi aut auferendi causa* è diretta a Dolabella. Cfr. LXX. — *quod Caesar etc.*, noi costruiamo il periodo così: « che (*eos conari*), mentre Cesare (*quod C.*) non m'impedì mai di..., quelli (*eos*) che mi tolsero l'amico, pretendano (*conari*) etc. — *carpendo*, « con le calunnie ».

8. *non vereor*, « son sicuro »; e perciò usa il futuro congiuntivo, che coi verbi di « temere » è raro. — *rumores*, « voci ». — *aut ne... non malint*, « e che preferiranno ». — *Rhodi*, dove avrebbe voluto andare anche Cicerone, come Marcello era andato a Mitilene. — *simplicem*, « sincero ».

Lettera LXXIV (XII, 2). — *Cassio*, cfr. Lett. LXXI. Cicerone disegnava di recarsi in Grecia, e nella seconda metà di luglio (44) si era già imbarcato.

tatem et rem publicam recipere; sed homo amens et perditus multoque nequior quam ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, caedis initium quaerit, nullamque aliam ob causam me auctorem fuisse Caesaris interficiendi criminatur, nisi ut in me veterani incitentur: quod ego periculum non extimesco, modo vestri facti gloriam cum mea laude communicet. Ita nec Pisoni, qui in eum primus invecus est nullo adsentiente, nec mihi, qui idem tricensimo post die feci, nec P. Servilio, qui me est consecutus, tuto in senatum venire licet. Caedem enim gladiator quaerit eiusque initium a. d. XIII Kal. Octobr. a me se facturum putavit; ad quem paratus venerat, cum in villa Metelli complures dies commentatus esset. Quae autem in lustris et in vino commentatio potuit esse? Itaque omnibus est visus, ut ad te antea scripsi, vomere suo more, non dicere. Quare, quod scribis te confidere auctoritate et elo-

Ma a Leucopetra non potè proseguire per i venti contrari. Intanto seppe che i congiurati e lui stesso avrebbero potuto tornare a Roma. Il 17 agosto si abboccò con M. Bruto a Velia, città della Lucania (oggi Castellammare della Stabia), vicina a Policastro e a Pesto. Il 1° settembre fu a Roma. Il giorno dopo pronunziò contro Antonio la prima Filippica, in Senato. Cassio aveva scritto a Cic., ma la sua lettera è perduta. — 1. *sententiam*, « voto », *orationem*, intendi la Filippica. Non si sa su che proposta si discutesse. — *homo amens*, Antonio. — *perditus*, « scellerato ». — *ille ipse*, Cesare. — *quem tu nequissimum etc.*, questo costrutto, elegante in latino, è impossibile in italiano: noi diremo piuttosto: « di quello stesso che fu ucciso e che tu chiamasti grande malvagio ». — *nullamque*, regolarmente si direbbe *neque ullam*; ma qui la negazione non si riferisce a tutto il contenuto della proposizione seguente, si alla sola parola *ob aliam causam*. Infatti Cic. non vuol dire che Antonio « non lo accusa », ma che « lo accusa per quella sola ragione » o « scopo ». — *Quod = at id.* — *modo = dummodo.* — *communicet*, « unisca ». — *mea laude*, cioè il merito di avere « approvato » non « consigliato » l'uccisione di Cesare. — *Pisoni*, L. Calpurnio Pisone Cesonino (console nel 58), il 1° agosto invel contro Antonio, non sappiamo bene come e perchè. — *P. Servilio*, figlio dell'Isaurico, console nel 48 con Cesare. — *gladiator*, detto, per dispregio, di Antonio. — *XIII Kal. Octobr.*, nella seduta del Senato nel tempio della Concordia, a cui Cicerone non fu presente, Antonio invel fieramente contro di lui. A questo discorso Antonio si preparò (*commentatus est*) nella villa di Metello, nel Tiburtino. Cic. scrisse poi contro questa orazione di Antonio la seconda Filippica, che egli non pronunziò e che fu pubblicata più tardi. — *ad quem*, cioè *diem*. — *vomere*, *Philipp.* V, 20: *Cum is dies, quo me adesse iusserat, venisset, tum vero agmine quadrato in aedem Concordiae venit atque in me absentem orationem ex ore impurissimo evomit.*

2. *quod*, « quanto a ciò che ». — *ut in*, per quanto si poteva, in... ».

quentia nostra aliquid profici posse, non nihil, ut in tantis malis, est profectum: intelligit enim populus Romanus tres esse consulares, qui, quia de re publica bene senserint, libereque locuti sint, tuto in senatum venire non possint. Nec est praeterea, quod quicquam exspectes: tuus enim necessarius adfinitate nova delectatur; itaque iam non est studiosus ludorum infinitoque fratris tui plausu dirumpitur; alter item adfinis novis commentariis Caesaris delentus est. Sed haec tolerabilia: illud non ferendum, quod est, qui vestro anno filium suum consulem futurum putet ob eamque causam se huic latroni deservire prae se ferat. Nam L. Cotta, familiaris meus, fatali quadam desperatione, ut ait, minus in senatum venit; L. Caesar, optimus et fortissimus civis, valetudine impeditur; Ser. Sulpicius et summa auctoritate et optime sentiens non adest; reliquos, exceptis designatis, ignosce mihi si non numero consularis. Habes auctores

consulares, noi diremmo « ex-consoli »; ma traduci pure « consolari ». Nelle sedute del Senato i primi a dare il voto erano i consoli *designati*, cioè eletti ma non ancora in carica; poi gli ex-consoli per ordine di anzianità. I consoli in carica non votavano. Dei consolari votanti in questa seduta del settembre del 44 son nominati nel § 3, L. Cotta (cons. 65), L. Cesare (cons. 64), Ser. Sulpicio (cons. 51). Chi sono i tre a cui allude qui? Vedi le note seguenti. — *tuus necessarius*, L. Emilio Paolo, console dell'anno 50, fratello di M. Emilio Lepido (che aveva sposato una sorella di M. Bruto, come Cassio). Il figlio di Lepido sposò poi la figlia di Antonio (*adfinitate nova*). — *dirumpitur*, noi con altra immagine, « si rode »; ma potremmo anche dire « crepa d'invidia ». Quanto ai *ludi*, secondo alcuni sarebbero i *ludi Apollinares*, in cui fu applaudito L. Cassio, tribuno della plebe, fratello di C. Cassio, oppure i *ludi Romani* del settembre. — *alter*, C. Marcello (cons. 50) affine di Antonio anche lui, perché Ottavia sua moglie era nipote di Giulia sorella di Cesare, e Antonio era figlio di Giulia, sorella di L. Cesare (cons. 64). — *novis commentariis*, « dai nuovi documenti », in cui era, dicono (ma non è certo), assegnata a Marcello una somma di danaro. — *illud non ferendum*, « insopportabile è un'altra cosa »; cioè quella che segue. — *est qui*, cioè L. Marcio Filippo, il cui figlio era nel 44 pretore con Bruto e Cassio, e perciò avrebbe potuto esser console nell'anno 41 (dopo l'intervallo di due anni richiesto dalla legge), che era l'anno di Bruto e di Cassio. Per guadagnarsi la carica per il figlio, Filippo preferiva « servire » Antonio. Per tutte queste ragioni, da questi tre non c'era altro da sperare (*nec est quod exspectes*, v. sopra).

3. Gli altri tre nominati qui non intervengono alle sedute. — *reliquos*, sono C. Antonio cons. 63, Domizio Calvino cons. 53, Fufo Caleno cons. 47, Caninio Rebilio cons. 45, L. Pisone cons. 58, M. Messalla cons. 53, P. Servilio cons. 48, P. Vatinius cons. 47, M. Lepido cons. 46, C. Trebonio cons. 45. Ai quali è da aggiungere Cicerone stesso cons. 63. — *designatis*, cioè Irzio e

consilii publici: qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset, quid censes perditis? Quare spes est omnis in vobis, qui si idcirco abestis, ut sitis in tuto, ne in vobis quidem: sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis, velim salvis nobis; sin id minus, res tamen publica per vos brevi tempore ius suum reciperebit. Ego tuis neque desum neque dero: qui sive ad me referent sive non referent, mea tibi tamen benevolentia fidesque praestabitur. Vale.

LXXV (XII, 3).

Ser. Romae inter VI et prid. Non. Oct. a. 710-44.

Cicero Cassio Sal.

Auget tuus amicus furorem in dies: primum in statua, 1
quam posuit in rostris, inscripsit PARENTI OPTIME MERITO, ut non modo sicarii, sed iam etiam parricidae iudicemini, quid dico, iudicemini? iudicemur potius; vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse. Utinam quidem fuisset! molestus nobis non esset. Sed hoc vestrum est; quod quoniam praeteriit, utinam haberem, quid vobis darem consilii! sed ne mihi quidem ipsi reperio quid faciendum sit. Quid enim est, quod contra vim sine vi fieri possit? Consilium omne autem hoc est illorum, ut mortem Caesaris persequantur. Itaque ante diem vi. Non. Oct. productus in con-

Pansa (per il 43). — *habes*, « ecoti ». — *auctores etc.*, « i capi che il Senato segue nelle sue deliberazioni ». — *quid censes*, « che dirai poi ». — *salvis nobis*, intendi *id fiat*.

Lettera LXXV (XII, 3). — **1.** *tuus amicus*, cioè Antonio, chiamato così per ironia, perché i congiurati cercarono sempre, ma non riuscirono, di venire con lui ad un accordo. — *statua etc.* Antonio fece porre sui *rostra vetera* (quelli presso l'arco di Settimio Severo nel Foro Romano, recentemente rimessi in luce dall'architetto Boni) una statua di Cesare, dando a questo il titolo di « padre della patria ». Perciò gli uccisori di Cesare venivano ad essere *parricidae*. — *principem*, « istigatore ». *Princeps* ha dunque qui significato traslato; giacché non poteva Antonio accusar Cicerone neppure di aver partecipato al « fatto ». — *molestus*, intendi: « non ci darebbe noia » perché avremmo tolto di mezzo anche lui.

2. *illorum*, di Antonio e dei suoi. — *persequantur*, « vogliono vendicare ».

tionem a Cannutio turpissime ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conservatoribus patriae, quae dici deberent de proditoribus; de me quidem non dubitanter, quin omnia de meo consilio et vos fecissetis et Cannutius faceret. Cetera cuius modi sint, ex hoc iudica, quod legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos interpretari putas, cum hoc faciunt? ad hostem scilicet portari. O rem miseram! dominum ferre non potuimus, conseruo servimus. Et tamen, me quidem avente magis quam sperante, etiam nunc residet spes in virtute tua. Sed ubi sunt copiae? De reliquo malo te ipsum tecum loqui quam nostra dicta cognoscere. Vale.

LXXVI (XII, 4).

Ser. Romae K. Febr. a. 711-43.

Cicero Cassio Sal.

1 Vellem Idibus Martiis me ad coenam invitasses: reliquiarum nihil fuisset. Nunc me reliquiae vestrae exercent, et quidem praeter ceteros me. Quamquam egregios consules habemus,

o « di voler vendicare ». — *a Cannutio*. Tito Cannuzio, tribuno della plebe nel 44, favoriva i congiurati. Egli citò Antonio davanti al popolo, per provocare da lui dichiarazioni aperte (a proposito della statua?). Antonio fu male accolto, ma trovò modo di pronunziare contro il tribuno, contro Cicerone e gli uccisori di Cesare, tristi minacce. — *deberent*, col condizionale passato. Nelle proposizioni principali si usa *debuerunt* o *debuerant*. — *non dubitanter* (raro), « senza mettere in dubbio ». — *viaticum*. Gli ufficiali dell'esercito (non i superiori), i legati e i governatori ricevevano dallo Stato una indennità consistente in cose od oggetti necessari, come la *supellex*, i *tabernacula*, il *frumentum in cellam*, il *vasarium*, cioè una somma per gli « utensili », e una per l'armamento, che a poco a poco diventò un vero « soldo » (*stipendium*). L. Pisone come proconsole ebbe, per tre anni, 18 milioni di sesterzi! — *interpretari*. « intendano ». — *ad hostem*, cioè: i denari che il legato prende come *viaticum* vanno a finire in terra nemica. — *conseruo*, perché Antonio, durante la signoria di Cesare, era stato anche lui *servus* del dittatore. — *avente etc.* Traduci con una parentesi: « io lo bramo ardentemente più che non lo spero ».

Lettera LXXVI (XII, 4). — Il 4 gennaio del 43, il Senato deliberò di mandare una ambasceria ad Antonio, perché desistesse dalla guerra con Dec. Bruto. A quella si allude in questa lettera.

1. *Vellem etc.* Cfr. più oltre la Lett. LXXVIII a Trebonio, in principio. — *reliquiarum*, questi « avanzi » del pranzo sono Antonio e i suoi aderenti. Cfr. Lett. precedente: *molestus nobis non esset*. — *praeter*, « più », « a pre-

sed turpissimos consularis, senatum fortem, sed infimo quemque honore fortissimum; populo vero nihil fortius, nihil melius Italiaque universa; nihil autem foedius Philippo et Pisone legatis, nihil flagitiosius. Qui cum essent missi, ut Antonio ex senatus sententia certas res denuntiarent, cum ille earum rerum nulli paruisset, ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt: itaque ad nos concurritur, factique iam in re salutari populares sumus. Sed tu quid ageres, quid acturus, 2 ubi denique esses, nesciebam: fama nuntiabat te esse in Syria; auctor erat nemo. De Bruto, quo propius est, eo firmiora videntur esse, quae nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quod tibi tam cito succederet, cum tu vixdum xxx. dies in Syria fuisses. Itaque constabat eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus et tua et Bruti est, quod exercitum praeter spem existimamini comparasse. Scriberem plura, si rem causamque nossem: nunc, quae scribo, scribo ex opinione hominum atque fama. Tuas litteras avide exspecto. Vale.

LXXVII (X, 5).

Ser. Romae med. m. Ian. a. 711-43.

Cicero Planco Sal.

Binas a te accepi litteras eodem exemplo, quod ipsum argumentum mihi fuit diligentiae tuae; intellexi enim te laborare

ferenza ». — *consules*, C. Vibio Pansa, A. Irzio. Il 1° gennaio si erano dichiarati in Senato nemici di Antonio; perciò *egregios*. — *consulares*, cfr. LXXIV, 2; *turpissimos*, « vili ». — *infimo etc.*, « tutti i minori magistrati » cioè i questori e gli edili. — *Philippo*, cioè L. Marcio Filippo, cons. del 56, marito della madre di Ottaviano. — *Pisone*, cfr. Lettera LXXIV, 2, *reliquos*. — *certas res*, « ordini precisi ». — *in re salutari*, « or che si tratta della salute pubblica ».

2. *auctor erat*, « lo assicurava ». — *Bruto*, cioè M. Bruto, che era in Macedonia e in Grecia, quindi *propius*. — *triginta*, secondo la *lex Cornelia* (cioè di Silla) *de provinciis*, il governatore uscente doveva lasciar la provincia entro i trenta giorni dall'arrivo del successore. Qui *triginta* è detto per ischerzo. — *Constabat*, « si crede ». — *rem causamque*, « i fatti ».

Lettera LXXVII (X, 5). — *Planco*, cioè L. Munazio Planco (da non

ut ad me, mihi expectatissimae, litterae perferrentur. Ex quibus cepi fructum duplicem mihi in comparatione difficilem ad iudicandum, amoremne erga me tuum an animum in rem publicam pluris aestimandum putarem. Est omnino patriae caritas meo quidem iudicio maxima, sed amor voluntatisque coniunctio plus certe habet suavitatis. Itaque commemoratio tua paternae necessitudinis benevolentiaeque eius, quam erga me a pueritia contulisses, ceterarumque rerum, quae ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi laetitiam attulerunt; rursus declaratio animi tui, quem haberes de re publica

confondere con Plancio). Egli fu legato di Cesare in Gallia e nella guerra d'Africa e di Spagna. Nel 44 fu fatto da Cesare governatore della Gallia transalpina, e designato al consolato per il 42. Scoppiata la guerra con Antonio, Plancio, per istigazione di Cicerone, sostenne contro di lui il partito del Senato. Ma quando Antonio si unì con Lepido, egli passò dalla loro parte. Da ultimo si diede a Ottaviano. Fu insomma un esempio classico di incoerenza politica. A lui Orazio indirizzò poi l'ode VII del libro I, in cui lo esortava a stare allegro (pare fosse malinconico) e a prendere il mondo con filosofia. Le prime tre lettere del libro X *ad fam.* sono dirette a Plancio. In esse Cic. lo esorta a difendere la repubblica contro la tirannide di Antonio, facendo anche appello all'antica amicizia che c'era stata tra lui, Cicerone, e il padre di Plancio. La 4ª lettera è la risposta di Plancio a Cicerone, nella quale con bel garbo promette di seguire i suoi consigli in tutto e per tutto. Questa lettera è del dicembre 44; e a questa risponde ora Cicerone, nel gennaio del 43, con garbo squisito. — 1. *eodem exemplo*, propr. « secondo il medesimo originale » ossia « due copie della stessa lettera ». — *laborare*, « che tu ti preoccupi », « che tu fai di tutto ». — *mihi*, retto da *expectatissimae*. — *fructum duplicem*, « un doppio vantaggio »; di conoscere cioè il tuo amore per me e il tuo patriottismo. Se non che, mentre Cic. aggiunge poi *difficilem ad iudicandum*, concordato con *fructum*, in italiano non è naturale dire: « vantaggio difficile a giudicare... se io debba stimar più etc. ». Potrai dire dunque: « il doppio vantaggio, di conoscere il tuo amore etc.; e a me... è difficile giudicare quale delle due cose io deva stimare di più ». — *omnino*, « certamente ». — *quidem*, « almeno ». — *maxima*, traduci come se dicesse *maximum*, « la cosa » o « il sentimento più nobile ». — *certe*, « se non altro ». — *commemoratio tua*, anche Plancio come Cic. aveva ricordato l'amicizia di suo padre con l'oratore. — *benevolentiae*, si noti il garbo finissimo col quale Cic. chiama « benevolenza » quella di Plancio giovinetto verso di lui, che Plancio nella lettera precedente aveva chiamato « affettuosa deferenza (*observantia*) » o « rispettosa affezione ». — *contulisses*, più che perfetto congiuntivo perchè *commemoratio tua* equivale a *quod commemorasti* (tempo storico), e la proposizione relativa fa parte del pensiero di Plancio. — *sententiam*, « pensiero ». — *attulerunt*, costruzione *ad synesin*, che in italiano riuscirebbe dura.

2. *rursus* = *rursus*. — *quem haberes*, cfr. sopra *contulisses*. Se non che qui usa l'imperfetto perchè l'azione è contemporanea a quella della principale (*declaratio* = *quod declarasti*). Traduci col presente: « che nutri »

quemque habiturus esses, mihi erat iucundissima; eoque maior erat haec laetitia, quod ad illa superiora accedebat. Itaque te non hortor solum, mi Plance, sed plane etiam oro, quod feci iis litteris, quibus tu humanissime respondisti, ut tota mente omnique animi impetu in rem publicam incumbas: nihil est, quod tibi maiori fructui gloriaeque esse possit, nec quicquam ex omnibus rebus humanis est praeclarior aut praestantius quam de re publica bene mereri. Adhuc enim (patitur tua 3 summa humanitas et sapientia me, quod sentiam, libere dicere) fortuna suffragante videris res maximas consecutus; quod quamquam sine virtute fieri non potuisset, tamen ex maxima parte ea, quae es adeptus, fortunae temporibusque tribuuntur: his temporibus difficillimis rei publicae quicquid subveneris, id erit totum et proprium tuum. Incredibilest omnium civium, latronibus exceptis, odium in Antonium, magna spes in te et in tuo exercitu, magna expectatio; cuius, per deos! gratiae gloriaeque cave tempus amittas. Sic moneo ut filium, sic suadeo ut mihi, sic hortor ut et pro patria et amicissimum.

LXXVIII (X, 28).

Scr. Romae IV Non. Febr. a. 711-43.

Cicero Trebonio Sal.

Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis 1 invitasses! reliquiarum nihil haberemus. At nunc cum iis

(stile epistolare *haberes* = *habebas*). — *plane*, « addirittura », *etiam*, « anzi », *quod*, « come ». — *humanissime* « con tanta gentilezza ». — *impetu*, « forza ».

3. *res maximas*, « moltissimo ». — *potuisset*, ordinariamente *quamquam* ha l'indicativo. — *temporibusque*, « alle circostanze » cioè al favore di Cesare. — *his temporibus etc.*, « al presente momento difficilissimo ». — *quicquid subveneris*, « ogni aiuto che porterai » (futuro anteriore). — *tuum* in antitesi a *fortunae temporibusque tribuuntur*. — *latronibus*, « i malfattori ». — *cuius* = *et eius*. — *ut et pro patria etc.*, « come si fa per la patria e con un... ».

Lettera LXXVIII (X, 28). — Trebonio, cfr. Lett. LXV.

1. *pulcherrimas epulas*, cfr. LXXVI, 1, *ad cenam invitasses*. — *tantum*

tantum negotii est, ut vestrum illud divinum in rem publicam beneficium nonnullam habeat querelam. Quod vero a te, viro optimo, seductus est tuoque beneficio adhuc vivit haec pestis, interdum, quod mihi vix fas est, tibi subirascor; mihi enim negotii plus reliquisti uni quam praeter me omnibus. Ut enim primum post Antoni foedissimum discessum senatus haberi libere potuit, ad illum animum meum reverti pristinum, quem tu cum civi acerrimo, patre tuo, in ore et amore
 2 semper habuisti. Nam, cum senatum a. d. XIII. Kalendas Ianuarias tribuni pl. vocavissent deque alia re referrent, totam rem publicam sum complexus egique acerrime, senatumque iam languentem et defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque revocavi, magis animi quam ingenii viribus. Hic dies meaque contentio atque actio spem primum populo Romano attulit libertatis recuperandae; nec vero ipse postea tempus ullum intermisi de re publica non cogitandi solum,
 3 sed etiam agendi. Quod nisi res urbanas actaque omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem, quamquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognosces ex aliis; a me pauca, et ea summatim: habemus fortem senatum, consularis partim timidos, partim male sentientis; magnum damnum factum est in Servio; L. Caesar optime sentit, sed,

negotii est, cfr. *ivi me exercent*. — *habeat*, « è cagione di ». — *seductus est* « fu sottratto ». Cfr. *Philipp.* XIII: *O Spartace* (cioè Antonio, chiamato altrove *gladiator*), *sceleratum Trebonium ausus es scribere? quo scelere, nisi quod te Idibus Martiis a debita tibi peste seducit?* — *pestis*, metaforico per: « questo malanno », « questo castigo ». — *discessum*, nella Gallia Cisalpina. — *in ore et amore etc.*, « (del quale) parlasti (*in ore*) sempre con affetto ».

2. *animi*, « della passione ». Allude alla 3^a Filippica, pronunciata in Senato, nella quale sostenne che si dovesse approvare la proposta di D. Bruto di tenere, contro Antonio, la provincia della Gallia e che tutti i governatori rimanessero fermi nelle loro provincie fino alla nomina dei successori, e che si tributassero lodi a Ottaviano e alle truppe che resistevano ad Antonio. Nello stesso giorno Cic. riferì su tutto ciò al popolo con la 4^a Filippica. — *tempus ullum*, « occasione alcuna ».

3. *habemus fortem senatum*, cfr. LXXVI, 1. — *in Servio*, cioè Sulpicio Rufo, che morì durante il viaggio che fece quale ambasciatore ad Antonio a Modena. Per la guerra di Modena v. Notizia. — *L. Caesar*, v. LXXIV, 2.

quod avunculus est, non acerrimas dicit sententias; consules egregii, praeclarus D. Brutus, egregius puer Caesar, de quo spero equidem reliqua, hoc vero certum habeto: nisi ille veteranos celeriter conscripsisset legionesque duae de exercitu Antonii ad eius se auctoritatem contulissent, atque is oppositus esset terror Antonio, nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis praeteriturum fuisse. Haec tibi, etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. Plura scribam, si plus otii habuero.

LXXIX (XI, 16).

Ser. Romae inter ex. m. Apr. et in. Quinct. a. 711-43.

M. Cicero D. Bruto Cos. Desig. S. D.

Permagni interest, quo tibi haec tempore epistola reddita
 1 sit, utrum cum sollicitudinis aliquid haberes, an cum ab omni molestia vacuus esses: itaque ei praecepi, quem ad te misi, ut tempus observaret epistolae tibi reddendae. Nam, quem ad modum coram, qui ad nos intempestive adeunt, molesti saepe sunt, sic epistolae offendunt non loco redditae; si autem, ut spero, nihil te perturbat, nihil impedit, et ille, cui mandavi, satis scite et commode tempus ad te cepit ad-
 eundi, confido me, quod velim, facile a te impetraturum. L. Lamia praeturam petit. Hoc ego utor uno omnium plu-
 2

— *avunculus*, cioè di Antonio, cfr. la lettera citata. — *puer*, altrove lo chiama *adulescens*. Ottaviano aveva allora 19 anni. Si racconta che egli si avesse a male d'esser chiamato *puer*, e che fosse questo uno dei pretesti della nuova guerra civile. E il Senato decretò che non fosse chiamato *puer!* — *veteranos*. Fu chiamata la legione *evocatorum*, ossia, come noi diciamo: « dei richiamati ».

Lettera LXXIX (XI, 16). — *D. Bruto Cos. Des.*, cioè *consuli designato* (v. LXXVI).

1. *reddita sit*, stile epistolare; così poi *haberes etc.* — *tempus observaret*, « spiasse l'occasione », « cercasse il momento opportuno ». — *coram*, si contrappone a *epistolae*. Dirai: « nella conversazione a voce ». — *loco*, « nel momento opportuno ». Bada alla varietà del fraseggiare, anche nel tradurre. — *perturbat*, corrisponde a *sollicitudinis aliquid, impedit a vacuus esses*. — *cepit*, « coglie ».

2. *L. Lamia*, L. Elio Lamia, amico di Cicerone, e padre dei due Lamia

rimum: magna vetustas, magna consuetudo intercedit, quodque plurimum valet, nihil mihi eius est familiaritate iucundius. Magno praeterea beneficio eius magnoque merito sum obligatus. Nam Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps esset, proque mea salute acerrime propugnaret, a Gabinio consule relegatus est, quod ante id tempus civi Romano Romae contigit nemini. Hoc cum populus Romanus meminit, me ipsum non meminisse turpissimum est. Quapropter persuade tibi, mi Brute, me petere praeturam. Quamquam enim Lamia summo splendore, summa gratia est magnificentissimo munere aedilicio, tamen, quasi ea ita non essent, ego suscepi totum negotium. Nunc si me tanti facis, quanti certe facis, quoniam equitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. Non tenebo te pluribus; ponam in extremo, quod sentio: nihil est, Brute, cum omnia a te exspectem, quod mihi gratius facere possis.

LXXX (X, 14).

Scr. Romae III Nonas Maias a. 711-43.

Cicero Planco Sal.

1 O gratam famam biduo ante victoriam de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copiis! Atque etiam hostibus fuis

nominati più d'una volta in Orazio. — *petit*, « aspira ». — *Magna vetustas etc.*, endiadi per *magna vetustas consuetudinis*. — *Clodianis temporibus*, vedi la prima parte di questa raccolta. — *turpissimum est*, « sarebbe una gran vergogna ».

3. *persuade tibi... me petere*, « fa' conto che aspiri io alla... ». — *munere aedilitio*, vuol dire che Lamia aveva esercitato la carica di edile, facendosi molto onore, per la splendidezza specialmente delle feste pubbliche. — *suscepi*, « mi son preso sopra di me ». — *in quis = in quibus mitte*, intendi *qui dicat, qui significet ei*. — *Lupum*, Lupo era un agente di affari politici, che recapitava la corrispondenza tra Cic. e D. Bruto; ed era anche agente elettorale, che procurava voti (*centurias conficere*).

Lettera LXXX (X, 14). — *Planco*, cfr. LXXVII.

1. *victoriam*, su Antonio, a Modena (fine di aprile, giorno incerto). — *extrema*, noi col maschile, « gli ultimi ». Così poi *prima*.

spes omnis est in te; fugisse enim ex proelio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces; est autem non minus gratum extrema delere quam prima depellere. Equidem expectabam iam tuas litteras, idque cum multis, sperabamque etiam Lepidum rei publicae temporibus admonitum tecum esse facturum. In illam igitur curam incumbere, mi Plance, ut ne quae scintilla taeterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum, et rem publicam divino beneficio affeceris et ipse aeternam gloriam consequere. D. III. Non. Mai.

LXXXI (XI, 12).

Scr. Romae circ. III Id. Mai. a. 711-43.

M. Cicero S. D. D. Bruto imp. Cos. Des.

Tres uno die a te accepi epistolas: unam brevem, quam Flacco Volumnio dederas; duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibii attulit, alteram ad me misit Lupus. Ex tuis litteris et ex Graecei oratione non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia tua illa praeclara in rem publicam merita ad nihilum esse ventura. Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. Qui si ita se habet, ut, quem ad modum audiebam de Graecio, conflagrare cum eo sine periculo non possit, non ille mihi fugisse a Mu-

2. *ere publica*, « nell'interesse della patria ». — *esse facturum*, « avrebbe agito ». — *ne quae = ne qua* (ossia *ne aliqua*).

Lettera LXXXI (XI, 12). — 1. *Tres*, non concordano i commentatori nello stabilire quali siano queste tre lettere. — *Flacco Volumnio*, legato di D. Bruto. Così pure, forse, T. Vibio. — *Lupus*, v. LXXIX. — *Graecio*, altro agente come Lupo. — *ex oratione*, « da quel che mi disse a voce ». — *inflammatum*, « riaccesa ». — *si aliquid*, « se appena appena un po' di... » (diverso da *si quid*). — *ita enim*, si riferisce a *restinctum*. — *inermis*, abl. plur. di *inermus*. Cic. usa tanto *inermis*, e, quanto *inermus*.

2. *Qui si = at si is*. — *locum etc.*, « che abbia spostato la sua base di

tina videtur, sed locum belli gerendi mutasse. Itaque homines alii facti sunt: non nulli etiam queruntur, quod persecuti non sitis; opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant. Omnino est hoc populi maximeque nostri, in eo potissimum abuti libertate, per quem eam consecutus sit; sed tamen providendum est, ne quae iusta querela esse possit. Res se sic habet: is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. Hoc quam vim habeat, te existimare malo, quam me apertius scribere.

LXXXII (X, 19).

Scr. Romae circ. VII K. Iun. a. 711-43.

Cicero Planco.

1 Quamquam gratiarum actionem a te non desiderabam, cum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum, tamen (fatendum est enim) fuit ea mihi periucunda; sic enim vidi, quasi ea, quae oculis cernuntur, me a te amari. Dices: « quid

operazione » (linguaggio militare). — *potuisse*, in proposizione principale sarebbe *potuit* = « avrebbe potuto ». — *omnino*, « in generale ». — *in eo*, in equivale, come spesso, a: « quando si tratta di ». — *confecerit... oppresserit*, due futuri anteriori per indicare che la seconda azione è conseguenza immediata e inevitabile della prima; in italiano due futuri semplici. — *quam vim habeat*, « il significato di ».

Lettera LXXXII (X, 19). — Poco dopo la metà di marzo del 43, Planco scrisse a Cic. una lettera (X, 7) nella quale lo assicurò di aver seguito i suoi consigli (cfr. LXXVII) e di avere intrapreso la difesa della repubblica contro Antonio. Dichiarò però di non entrare in particolari su quello che ha fatto e farà, perché contemporaneamente manda una relazione al Senato (X, 8). Conclude: *A te peto, ut dignitati meae suffrageris et, quarum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructum in reliquum facias alacriorem*. In altri termini gli chiede che gli ottenga dal Senato un decreto di lode. Cic. nella lettera X, 12 gli riferisce come egli si sia adoperato a questo scopo, e come il Senato, pur non votando ufficialmente alcun decreto (a motivo di certe opposizioni formali), *gravior, constantior, amicio tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit*. Nella lettera X, 13 poi gli annunzia il senatoconsulto votato sulla proposta sua propria. Planco aveva, già prima di questa lettera, ringraziato Cicerone di tutto quello che aveva fatto per lui (X, 11). A questa lettera di Planco, probabilmente, Cicerone risponde con quella che ora leggeremo nella nostra raccolta; se pure Planco non scrisse un'altra lettera di ringraziamento che sia andata perduta.

1. *non desiderabam*, « non avessi bisogno ». — *quasi ea etc.*, noi, con

antea? » Semper equidem, sed numquam inlustrius. Litterae tuae mirabiliter gratiae fuerunt senatui, cum rebus ipsis, quae erant gravissimae et maximae, fortissimi animi summique consilii, tum etiam gravitate sententiarum atque verborum. Sed, mi Plance, incumbere, ut belli extrema perficias: in hoc 2 erit summa et gratia et gloria. Cupio omnia rei publicae causa; sed mehercules in ea conservanda iam defetigatus, non multo plus patriae faveo quam tuae gloriae, cuius maximam facultatem tibi di immortales, ut spero, dedere; quam complectere, obsecro. Qui enim Antonium oppresserit, is hoc bellum taeterimum periculosissimumque confecerit.

LXXXIII (XII, 8).

Scr. Romae V Id. Iun. aut paulo post a. 711-43.

Cicero Cassio Sal.

Scelus adfinis tui Lepidi summamque levitatem et incon- 1 stantiam ex actis, quae ad te mitti certo scio, cognosse te arbitror: itaque nos confecto bello, ut arbitrabamur, renovatum bellum gerimus, spemque omnem in D. Bruto et Planco habemus, si verum quaeris, in te et in M. Bruto, non solum ad praesens perfrugium, si, quod nolim, adversi quid acciderit,

altra immagine: « toccai con mano ». — *quid antea?*, « e prima? », cioè: non sapevi tu che io t'amavo? — *equidem*, « sì, lo sapevo ».

2. *incumbere*, in tutte le lettere di Cic. a Planco si insiste su questa esortazione. — *cuius*, riferito a *gloriae*. Traduci: « per conseguir la quale ». — *facultatem*, « mezzi ». — *Qui enim etc.*, cfr. LXXXI in fine; questo pensiero occorre anche altre volte, quasi ritornello, che ricorda il *delenda Karthago* di Catone il Vecchio.

Lettera LXXXIII (XII, 8). — *Cassio*, v. Lett. LXXIV e LXX.

1. *Scelus*. Lepido il 29 maggio si unì ad Antonio. Uniti fecero un movimento contro Planco, che, dopo la notizia della battaglia di Modena, si era fermato nel paese degli Allobrogi (a Cularone). — *adfinis*, Junia, moglie di Lepido, era sorella di M. Bruto; un'altra sorella di Bruto, Junia Tertia, era moglie di Cassio. — *ex actis*, sono gli *acta diurna*, specie di giornale in cui si registravano gli avvenimenti. Cominciarono regolarmente col primo consolato di Cesare. Gli *acta senatus* poi erano una specie di « gazzetta ufficiale » o di « atti del Parlamento », ma redatti in forma molto magra. — *confecto... renovatum*, cfr. LXXXI, 1: *non restinctum bellum sed etiam inflammatum*. — *ad praesens perf.*, « per rifugio del momento »; *ad finale*.

2 sed etiam ad confirmationem perpetuae libertatis. Nos hic de Dolabella audiebamus, quae vellemus, sed certos auctores non habebamus. Te quidem magnum hominem et praesenti iudicio et reliqui temporis expectatione scito esse: hoc tibi proposito fac ut ad summa contendas. Nihil est tantum, quod non populus Romanus a te perfici atque obtineri posse iudicet. Vale.

2. *quae vellemus*, potenziale. Dolabella, nell'andare in Siria a prender possesso della provincia, fece uccidere C. Trebonio, proconsole d'Asia (ricordiamo che Trebonio era stato uno degli uccisori di Cesare). Il Senato lo dichiarò nemico della patria. Quindi Cic. divenne suo avversario, e nella 11ª Filippica (primi di marzo 43) propose che Cassio movesse con un esercito contro di lui. Soltanto dopo la battaglia di Modena, Cassio fu nominato governatore della Siria, e fece guerra a Dolabella, che, assediato in Laodicea, si diede la morte. — *certos auctores*, « testimonianze sicure ». — *reliqui temporis exp.*, « per quello che si spera da te nell'avvenire ». — *quod non*, a negativa si colloca sempre immediatamente vicina al pronome relativo.

La morte di Cicerone secondo T. Livio.

Liv., framm. 50 (lib. 120) Weiss.

Marcus Cicero sub adventum triumvirorum urbe cesserat, pro certo habens, id quod erat, non magis eripi se quam Caesari Cassium et Brutum posse. Primo in Tusculanum fugit, inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Caieta navem conscensurus, proficiscitur. Unde aliquoties in altum provectum cum modo venti adversi retulissent, modo ipse iactationem navis, caeco volvente fluctu, pati non posset, taedium tandem eum et fugae et vitae cepit, regressusque ad superiorem villam, quae paulo plus mille passibus a mari abest, « Moriar », inquit, « in patria saepe servata ». Satis constat servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam et quietos pati quod sors iniqua cogeret iussisse. Prominenti ex lectica praebentique immotam cervicem caput praecisum est. Nec satis stolidae crudelitati militum fuit; manus quoque, scripsisse in Antonium aliquid exprobrantes, praeciderunt. Ita relatum caput ad Antonium, iussuque eius inter duas manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno adversus Antonium, quanta nulla umquam humana vox, cum admiratione eloquentiae auditus fuerat. Vix attolentes prae lacrimis oculos homines intueri trucidata membra tanti civis poterant. — Vixit tres et sexaginta annos, ut, si vis afuisset, ne immatura quidem mors videri possit. Ingenium et operibus et praemiis operum felix; ipse fortunae diu prosperae et in longo tenore felicitatis magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium pro quibus steterat, filiae morte, exitu tam tristi atque acerbo, omnium adversorum nihil, ut viro dignum erat, tulit praeter mortem, quae vere aestimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico nihil crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunae compos item fecisset. Si quis tamen virtutibus vitia pensaverit, vir magnus ac memorabilis fuit, et in cuius laudes exsequendas Cicerone laudatore opus fuerit.